

DIE HL. HILDEGARD IN IHRER ZEIT
ENSEMBLE IN UNUM
KONZERT
ABTEI ST. HILDEGARD, 22. OKTOBER 2022

O tu suavissima virga

Hildegard von Bingen (1098-1179)

Riesencodex (Hessische Landesbibliothek, Wiesbaden Hs.2)

Flavit auster

Alleluja. Quae est ista

Codice Las Huelgas, Spain (E-BULh), ca. 1325

Nunc guadeant

Hildegard von Bingen

Sonet vox ecclesiae

Codice LVI, Cividale del Friuli, Museo Archeologico Nazionale, 14. Jh.

Spiritui Sancto honor sit

Hildegard von Bingen

O rubor sanguinis

Hildegard von Bingen

Vos flores rosarum

Hildegard von Bingen

Benedicti e' laudati

Biblioteca Comunale e dell'Accademia Etrusca Cortona, I-CTb MS 91, 14. Jh.

Virgines egregie


Codex Las Huelgas, Burgos


Sancta Mater graciae [Dou way, Robin]

Anon., England, 13. Jh. London, Brit. Lib. Ms. Cotton Fragment XXIX

Fulget dies celebris

Codex San Marziale di Limoges, Bibliothèque nationale de France, Parigi F-Pn lat 3459, 12. Jh.





IN UNUM ENSEMBLE

Elena Modena *voice, romanian harp, gothic harp, tenor fiddle, drum*
Ilario Gregoletto *portative organ, medieval recorders, romanian fiddle, lyra, bells*

Original Texts

O tu suavissima virga frondens de stirpe Jesse, o quam magna virtus est, quod divinitas in pulcherrimam Filiam aspexit, sicut aquila in solem oculum suum ponit. Cum supernus Pater claritatem Virginis attendit, ubi Verbun suum in ipsa incarnari voluit.

V. Nam in mystico misterio Dei illustrata mente Virginis mirabiliter clarus flos ex ipsa Virgine exivit.

Flavit auster flatu leni / ventris aulam Deo pleni / tuam, virgo, celitus.
Quo mundata culpas mundas, / quo fecunda nos fecundas, / donis sancti Spiritus.
Felix alvus, felix pectus, / cuius Deus carne tectus, / lac suscepit uberum.
Ave, claustrum trinitatis, / Ave, mater pietatis, / medicina vulnerum.
Te amanti nihil durum, / te sequenti nihil obscurum, / nullum iter devium.
Deformatum reddis forme; / quod declinat sue norme / trahis recticlinium.
Tibi sapit cui tu sapis, / qui te capit illun capis, / dum te fide concipit.
Spes es grata tibi grato, / favus mellis es palato / quod te sane recipit.
Ergo, salus miserorum, / portus vite naufragorum, / tuis opem precibus.
Patris tui filique / nobis semper et ubique / para supplicancibus.
Amen

Alleluja. Quae est ista tam formosa, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Alleluja.

Nunc guadeant materna viscera Ecclesiae, quia in superna symphonia filii eius in sinum suum collocati sunt Unde, o turpissime serpens, confusus es quoniam quos tua aestimatio in visceribus tuis habuit, nunc fulgent in sanguine Filii Die, et ideo laus tibi sit, Rex altissime, alleluja.

Sonet vox ecclesiae laude dei gracie. Ecce sacrificium, dulce mundi precium, ecce salus hominis ecce proles virginis, semel per supplicium ferens mortis te Deum.
Item per misterium fit pro nobis hostia. Presens hec familia, Agni lota sanguine, leto laudum carmine reddat ei gracias.

Spiritui Sancto honor sit qui in mente Ursulae virginis virginalem turbam velut columbas, collegit. Unde ipsa patriam suam sicut Abraham reliquit, et etiam propter amplexionem Agni desponsationem viri sibi abstraxit.
V. Nam iste castissimus et aureus exercitus in virgineo crine mare transivit.
O quis unquam talia audivit?

O rubor sanguinis, qui de excelso illo fluxisti, quod divinitas tetigit, tu flos es, quem hiems de flatu serpentis numquam laesit.

Vos flores rosarum, qui in effusione sanguinis vestri beati estis in maximis gaudis redolentibus et sudantibus in emptione, quae fluxit de interiori mente consili, manentis ante aevum, in illo, in quo non erat constitutio a capite.

V. Sit honor in consortio vestro, qui estis instrumentum Ecclesiae, et qui in vulneribus vestri sanguinis undatis.

Benedicti e'llaudati / sempre siate a tutte l'ore, / sancti apostoli beati, / servi del nostro Signore.

Sancti apostoli, voi laudamo de bon core nocte et dia, et a vöi raccomandamo tutta nostra compagnia; manteneten' en tal via ke potiam perseverare a servire et a laudare Cristo, nostro redemptore. Benedicti e'llaudati...

Voi chiamiam per avvocati nocte e di ogni stascione, apostoli glorificati, pieni de consolazione. Per la sancta passione che dal mundo receveste e'lla sancta gloria geste a receiver garnd'onore. Benedicti e'llaudati...

Nui avemo firma speranza ke per vostra pregaria Cristo ne dia riposanza culli sancti in compagnia, e la virgine Maria en presente stia cum voi a pregare Dio per noi e per ogni peccatore. Benedicti e'llaudati...

Virgines egregie, / virgines sacrate, / coram vestri facie / sponsi coronate. In aeterna requie / sursum sublimare, / canticum leticie / Dominum cantate. Castitate lilium / olium custodistis / propter Dei Filium / cui placuistis. / Templum sancti spiritus / esse voluistis / tactus et concubitus / ideo fugistis. / Non estis de fatuis / que cum vasis vacuis / sponsum prestolantur. / Immo de prudentibus / que plenis lampadibus / bene preparantur. / Da tuis virginibus / oleo carentibus, / sponsus est dicturus. / Vobis non apperiam / **prudentes** recipiam **premium** daturus.

Amen

Sancta Mater graciae, stella claritatis visita nos hodie plena pietatis. Veni, vena veniae mox incarceratis, solamen angustiae, fons suavitatis. Recordare, mater Christi, quam amare tu flevisti; juxta crucem tu stetisti, suspirando viso tristi O, Maria, flos regalis, inter omnes nulla talis; Tuo nato specialis nostrae carnis parce malis O, quam corde supplici locuta fuisti, Gabrielis nunci i cum verba cepisti. 'En ancilla Domini', propere dixisti; verum vivi gaudii post hoc perperisti. Gaude, digna, tam benigna caeli solio; tuos natos, morbo stratos, redde filio.

[Dou way, Robyn, the chile wile weep; dou way, Robyn.]

Fulget dies celebris

Fulget dies celebris, / lux glorificanda, / quae peperit Filium / Virgo veneranda, / per quem detestando / mors erat vitanda / gensque miseranda / morte relevanda. / Fraus interit / salus redivit / omnibus adoranda, / dum gentium principium / producit mater omnium.

Quicquid nos perdidimus / sub primo parente, / totum nobis redditur / sub novo nascente / Matre pariente / cantant leta mente / organo stridente / gentes sic redempte. / Refecerat / quod leserat / fraus Eva corrumpente / quod redditur, dum nascitur / hic, per quem mundus regitur.

Orta stirpe regia / Virgo parit florem / mundus lapsus floruit / cujus ad odorem / deitas honorem / salvat contumorem / nam Virgo rectorem / parit meliorem. / Sidus clarum / fulget carum / nobis monstrat splendorem, / nam latuit quod patuit / cum Christus nasci voluit.